



Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

VII. Die Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

P. FRANCISCUS
COLIN.

Hispanus
in Philippi-
nis. 6. Maij.
1660. xii. 68.
Soc. 54.

Oratio. "

Majorice Alfonso Rodriguez familiariter usus, multa cum illo de diuinis contulit; eiusque vitam postea typis in lucem dedit. Philippinas Insulas ubi adiit, istic Tagalentem linguam intra duorum mensium spatiū ita didicit, ut ad concionem aptè dixerit cum Sociorum admiratione. Deinde anno uno vix elapsō, centum quā paruulos, quā adultos baptismō fūstrauit. Silentij, orationis, lachrymarum, ac sui affidū afflictandi dono fuit illustris. Sēpē, ac diu viuebat in sylvis cum ijs quos erudiebat, Deo, illisque Christo formandis intentus. Mamilano Collegio, ac etiam vniuersitatem Prouinciae præfuit cum laude magni ad omnes exempli, industria, charitatis. Quotannis à 17. Septembribus usque ad 4. Octobris, Francisci sui tenerē memor, secedebat ad asceticas S. P. Ignatij exercitationes. Potionis cuiusdam Indicā (quam Ciccolaram vocant) usum nunquam admisit, ne se indulgenter his quasi delicijs tracta-

ret. Aiebat, se id Beatissimæ Virginis amori dedicasse, ut à potu illo abstineret: monitum se ab illa interno instinctu, seu voce, ut se ad eius usum nullis precibus adduci pateretur, placiturum id sibi si ab eo constanter abstineret usque ad mortem.

Incredibili Martyrij desiderio flagrabat, quotidie coram Crucifixo affixo Christo petens donum pro eo moriendi.

In Mindorana Missione, cùm duos, à quibus feli pendebat conuersio reliquorum, duros videret, ac noctu vigil secum dispiceret ecquis modis in eundem esset illos ad fidem adducendis: repentina timore correptus est, num ipse qui de aliorum salute cogitaret, saluus futurus esset. Ergo delectulo sese proripuit; ac totus in preces effusus, Deum rogauit ut velut pro pignore prædestinationis ac salutis suæ duos illos sibi donaret. Obtinuit. Etenim diluculo, duo illi hactenus pertinaces, ultrò Franciscum adiēre, ac baptizatum ab eo magnopere flagitraueri; Francisco & illis & sibi vnicè gratulante, ac diuinæ misericordiae gratias referente.

VII. DIE MAIL.

P. PAULVS
ACHILLES.

Italus Pa-
normi. 7.
Maij 1586.
xiiat. 74.
Soc. 47.
Charitas.

IN Sicilia habitus pro magistro, & norma virtutis. Præfuit Collegio Panormitano primus Rector, idque per annos 23. continenter, suavitate tantâ ut ipsa in eo charitas loqui diceretur. Ne disciplinæ, ac simul charitati decesset, quendam ad suscipiendum nescio quid poenæ commeritatæ per ipsos 30. dies attemperatè dispo-

suit, cùm nec parcere vellet, nec lædere. Cùm nihil domi esset quo socij vescerentur, tamen ære campano signum dari iussit, & codem tempore ad portam tantum annonæ appulit quantū sat erat. Liberalem experiebatur Deum, quia & ipse erat erga pauperes liberalis. Semper infra alios se habere, libenter moneri à quolibet, in pistrino laborare, sanctissimum Eucharistię Sacramentum frequenter visere; illudque absens etiam noctu, & interdiu creibius reuerteri, cum fœminis ne in æstate

Mortif. *Sacrum.* *S.P. Ignat.* *Mort.*

Testate quidem extrēmā diutius colloqui, nullum diem quin se acriter flagro exciperet præterire, illi solenne fuit ac sanctum. Feriā vērō sextā qualibet nec prius se flagellare desinebat quam sanguinem eliciisset. Sub pedum plantis duas acutas aruadines gestabat, quæ illum clauorum instar lanibant. In quadragesima, etiam secessit, ieiunij tam fuit retinens ut vespere nullum omnino bolum admiserit. Vultus illi semper serenus: animus plancē potens. Inter orandum repente iussit Patrem quendam ē nauī in quā iam abiturus erat reuocari: & nauis illa à Turcis postea est intercepta. In P. Pauli sacrificium in cruentum die Christi natali celebrantis manibus cōspectus est pulcher & splendidus Iesvs infans. Ab impio quopiam vibratus in eius pectus gladius, cerè instar reflexus est plane innoxius. Cū dæmones in eius Collegium ad tentandos Socios impudicas fœminas vellent inducere, fassæ sunt illæ se à S.P. Ignatio prohibitas. A morte fama increbit, illum in cælum citra Purgatorium abiisse: in ipsa mortis horâ cuidam ē Societate, & postea pluribus, gloriōsus apparuit.

P. D I D A C V S SAMANIEGO.

*Hispanus
in S. Cruce.
7. Maij 1614.
zstat. 85.
Soc. 64.*
*S Michael.
Zelns.*

IN Castellæ Provincia, & ferè Vallisoleti in Professorum domo per annos 25. magni operarij & utilis Procuratoris munus insignitè gessit, & ægrè tandem Peruanas Indias impertravit anno 1586. S. Michaeli Archangelo ex aſſe addictus, illum glorioſo splendore illustrem vidisse perhibetur, qui ei promisit omnem opem ad Indos, & obſtinatos peccatores conuerterendos.

Et admirabile fuit quot Didaco occaſiones aliae ex alijs naſcebantur alios baptismō, alios pœnitentiæ Sacramen-
to expiandi, qui illicē expirabant. Vi-
tam duxit integrā, & nullo vñquam lethali peccato fædata. Virginitatem suam plurimā rerum aduerſarum vel sponte ſuceptarum, vel vltro venien-
tium patientiā communiuīt. Vocabat-
que ea quæ patimur *Cruces viuas*. Deus illi in sacro id persæpē flagitanti oſten-
dit quēdam signa ē quibus le in Dei
gratia esse aduerrit. Multis ægris auxi-
lium impetravit ope Deiparæ, cui
erat dilectus imprimis,

*Inuentio;**Cruces viuas
Patientia.**Sacrific.*

*Hispanus.
Nangachī.
7. Maij 1616
zstat. 62.*

Fides.

P. I O A N N E S BAPT. BAESA.

Pietate, impigritate, ac dicendi ner-
uo tantus fuit, vt per annos 36. Christi nomen plenā vbiq[ue] mense per Macaum, Goam, Mozambicum, ac per varia Iaponiæ Regna circumfe-
rens, intra triennij vnius interuallum facile 75. millia capitum adultorum Christi baptismo abluerit, ut paruu-
los raseamus. Persæpē illo baptizandi labore adeò fessum vidēre multi,
ut vix brachium attollere, imd ali-
quando vix illud commouere po-
tuerit. Furente Daifu persecutione,
quā acerrimis per anni ſpacium mor-
bi doloribus, quā paralyſi prostratus,
ciftæ, ſeu arcæ, includi debuit, & in
exilium deportari; cum ne ſic ægroto
quidem quies concederetur. Nangachī in carcere æruminis extinti eius
corpus quaſitum est flammis à barba-
ris abolendum.

Ji 2 P.GAS-

P. G A S P A R
DE CASTRO.

Lusitanus
prope Ari-
mam. 7.
Maij 1626.
xstat. 66.

Fides.

Zelus.

Scrupuli.

Gallus To-
loze, Maij.
1627. xi. 66.
Soc. 51.

IN Societatem pro Coadiutore cooperatus, P. Sebastiani Morales Iaponic Episcopi comes fuit, Postea cum P. Petro Martinez, Sebastiani successore, Macaum deuictus, & ibi disciplinis necessariis instructus, iniciatus, in Iaponiam ductus, ibi veterum Christianorum ritu ac more semper fessus, & semper laborans, atque in scipsum sae- uus potius quam seuerus, mira in spe luncis, in quibus latere cogebatur, perpessus est. Ita ætumnosam, sed felicem, mortem è sepulchris illis hau- sit, semper viuens in spē martyrii. Anno 1614. socijs è Iaponia proscriptis, ille clam è nauigio adrepebat; & sa- luti octo millium Christianorum con- sulebat per continua capitib[us] Deo in victimam deuoti pericula. Aliquando in feretro, velut mortuus, elatus est, vt exploratorum diligentiam, & artes effugeret, morte per vitam ita semper afflictam productam in obsequium animorum: id quod per annos 24. est na- niter executus.

P. IOANNES FRAN-
CISCUS SVARES.

IN Tolosana Provincia de Philoso- phia, Theologia, rectione Colle- giorum, atque Provinciae, laudate meritus, illud elogium est assecutus, vt nulla virtus illi deesse diceretur. Longo vsu condocfactus, eò demum peruenit fastigij, vt quantavis occupa- tiones, illum à Deo minimè auelle- rent. Scrupulis, ac dubijs obnoxios mirificè tranquillabat, cuidam pax re- dijt auditis à P. Ioanne his tantum ver-

bis: Videret quem in finem sua omnia referret. Orandi efficacitate tantus, vt foemina vanitatibus plus æquo addi- cta pro qua mariti rogatu orauerat re- pentè modestè sapere didicerit. Ar- chiepiscopum Viennensem, à podagra *Oratio.* liberavit postquam Lauretanæ B. V. Litanias pro eo recitauit. Pro quo- dam impuro priuatim in facello per *B. V.* 2, vel tres horas celebrens auditus est dicere; non te dimittam Domine, do- nec benedixeris ei: & ecce scelestus ille mox ad Patrem venit, alias planè *Sacram.* deinceps ab eo, qui fuerat. Beatisimæ Virginis Rosarium quotidie recitabat, nec aliter se quietis ullius partem ca- pere posse aiebat. Eidem suum cubi- culum pro facello consecrabat, per illā *B. V.* sepissimè tria perebat. Dei gloriæ, sui *Canticum.* contemplationem, salutem animarum. Romæ B. Aloysio & Amico, & Mo- nitore est vsus. A mensa redux, tales à Deo socios pro colloquio perebat, *Recreatio.* quibuscum in diuinis proficeret, non autem contrastaret Spiritum sanctum. Diei totius ducentæ seriem, ac ratio- narium sibi præscripserat; aiebatque, *Dies.* se illum ordinem à Deo didicisse. Plura particulatum de illo dabit eius *Humilitas.* vita in annum 1627. In perpetua ab omni lethali peccato integritate se humilitatis exquisita studio seruauit; & his legibus: quas ipsius verbis hic adscribo ac finio: esto

1. Ut Nouitius, nouissimus, & ab- ortius
2. Ut cadaver mortuum
3. Ut educitus ex inferno
4. Ut crucifixus cum Christo
5. Ut infans Dominus IESVS Chris- tus in præsilio.

P. FRAN-

Lufian
in Phili-
nis. 7. M
1642
Soc. 21.

Sicutus
norma.
Maij 157

Hispanu
Madriti.
Maij 157

P.FRANCISCVS
DE MENDOZA.

Luſitanus
in Philippi-
niſ-7. Maij.
1641. 21. 40.
Soc. 21.

Hic anno 1621. 17. Iunij, Societati
adscriptus, postea cum in Min-
dano Philippinarum Insula Maho-
metanis ad Christum reducendis insu-

daret, illorum infidijs interceptus, &
& per plura vulnera peremptus est:
minatis id ante barbaris; ei qui ad
fidem prædicandam istuc venturus
dicebatur, se claus suas in pectus il-
lisuros, & animam elisuros. Quidam
frustulum e Patris zonâ in aquam in-
tinxit, & aquâ illâ eptâ grauem mor-
bum discussit.

Fides.

VIII. DIE MAI.

AVROGAI
IOANNES ANTONIVS
OLIVERIUS COAD.

Siculus Pa-
norimi. 8.
Maij 1576.

Duo in hoc memorabilia sunt; co-
que digna, quæ minimè omit-
tantur, alterum est mors, quam
Panormi obiit plena heroicè charitatis
inter obsequia peste languentium; al-
terum vita probati exempli, quâ eni-
tuit, consentanea diuino instinctui,
quo perpulsus cum foris matrimonio
illigatus duos liberos suscepisset, eos
que ad Societatem conuolasse gaude-
deret, ipse quoque ubi mors coniugis
intercessit, se filiorum exemplo So-
cietati adiunxit.

Vocatio.

DOMINICVS FERNAN-
DEZ COADIUT.

Hispanus-
Madriti. 8.
Maij 1577.

Adfuit Patri Petro Manrique 12.
Januarij anno 1577 Compluti è
vita discedenti hic Dominicus, olim
eius famulus; quemadmodum de illo
scripti in eius vita ad annum 1577. &
velut degustatae in Petri tam suaui
agonie mortis desiderio captus, mi-
granti charo suo quondam Domino
nunc in Christo fratri dixit; optare se
quoque hac vita defungi; æternam
inire. Quocirca quam flagrantissime

posset petere se, vt felici æternitate
donatus Dominici sui tam foris, quam
in Societate famuli, ac adiutoris, diuina
Majestati coram commendandi, &
breuī hinc ad videndum eoram, &
amandum sumnum illud bonum at-
que pulcherrimum euocandi curam
fuscoperet. Impensè id se optare, vt ab-
ruptis hisce vinculis corporis eō breuī
Dominum suum secutus, evaderet.
Recepit se id facturum Petrus; & verò
promissis etiam stetit. Nam Domini-
cus Compluti Madritum translatus,
cum P. Francisco Porres Procuratori
datus in socium, ei mæstior videretur,
causam rogatus dixit. Se tabescere de-
siderio moriendi. Quartum ire iam
mensem ex quo Compluti P. Petrus
Manrique pretiosum diem insigni pla-
nè apparitione obierit. Iniectam tunc
sibi incredibilem celerioris mortis
cupidinem: flagrasse se ab eo in ex-
tremis iam posito vt id suo, & olim, &
tunc Dominico impetraret ad viden-
dum coram Deum felici morte ap-
pulsus. Promisisse quidem tunc, &
fidem nec dum exoluisset Manricum,
nam se adhuc hic hac in lacrymarum
valle relinqui plenum viuendi tædio-
nato è desiderio moriendi; cumque
eui ad hanc Societatem comes adhæ-
serat, eō quoque perpediem sequendij;
omnem sibi moram esse tormentum,
nec aliud se in S. Symxi, sub diuino sa-

Mortis desiderio

Ii 2. crificio.